# Les chants de l'office de sainte Marie Madeleine d'après un bréviaire de l'abbaye de Prémontré du milieu du XIII^e siècle

La fête de sainte Marie Madeleine, patronne de la réforme canoniale, a été célébrée pendant plus de neuf siècles, avec une grande solennité dans la congrégation des chanoines réguliers, réformés par saint Norbert. Elle était rehaussée d'un office avec chants propres dont d'aucuns ne se retrouvent nulle part ailleurs. Dès la fin du XII^e siècle, la fête est comptée parmi les célébrations majeures du rit de Prémontré. Durant le second quart du siècle suivant, on lui a adjoint une octave solennelle, dont le cérémonial est décrit par un bréviaire datant du milieu du XIII^e siècle et qui fut en usage à l'abbaye chef-d'ordre elle-même [1]).

Telle elle se présentait au Moyen Age, telle la fête demeura jusqu'aux derniers décrets du pape Jean XXIII. De vrai, lors de la réforme liturgique, admise au début du XVII^e siècle au sein de l'Ordre, on réduisit son octave en la rangeant au nombre de celles dites « simples » ; en plus, on lui adjoignit deux hymes nouvelles, à matines et à laudes, jadis inconnues dans le rit de Prémontré. Toutefois, on ne toucha pas à l'intégralité de ses chants traditionnels [2]).

Tout récemment, en voulant appliquer, dans un climat vérita-

[1]) Sur le culte de sainte Marie Madeleine voir l'ouvrage capital de V. SAXER, *Le culte de Marie Madeleine en Occident des origines à la fin du Moyen Age*. Paris, 1959, 2 vol. — Sur la célébration de la fête dans l'ordre de Prémontré, voir Pl. LEFÈVRE, *L'office et la messe de sainte Marie Madeleine dans le rite de Prémontré* dans *Analecta Praemonstratensia*, 1957, t. XXXIII, p. 156-162.

[2]) Pl. LEFÈVRE, o. c., p. 157-158.

blement œcuménique, à la récitation chorale des anciens Ordres religieux des mesures envisageant, en ordre principal, d'abréger la prière liturgique des clercs séculiers, la congrégation des rites à réduit la solennité de la fête au rang de troisième classe. Cette mesure doit être regardée comme profondément regrettable, d'autant plus qu'elle fut prise contre l'avis de la commission liturgique de l'Ordre. Des chants particuliers, que seul Prémontré avait conservés fidèlement jusqu'à l'heure actuelle, vont donc périr. Ce système, dont on cherche en vain la justification, a été appliqué à d'autres constituantes du rit de Prémontré, et a atteint, par le fait même, plusieurs survivances de l'antique et vénérable liturgie canoniale. On ne peut s'expliquer pourquoi celle-ci est traitée en parente pauvre, alors que, comme d'autres coutumiers, encore en usage à Rome ou à Milan, elle représente, elle-aussi, une évocation intéressante de l'authentique *mos romanus antiquus.* Le rit canonial n'est-il pas, du reste, celui qui fut en usage pendant de longues générations dans les églises baptismales de l'Occident, là où résidaient les clercs auxquels était confié le ministère des fidèles ? Sa signification était, en tout état de cause, bien supérieure à celle du rit curial, adopté dans la suite par les Frères Mineurs, et passé ainsi dans les livres romains réformés au XVI^e^ siècle.

*Sunt lacrimae rerum !*

Etant donné que des coupes nouvelles menacent, dans un avenir plus ou moins proche, le patrimoine liturgique des enfants de saint Norbert, il a paru opportun de publier intégralement, ici, le texte de quelques offices anciens pour qu'au moins le souvenir en demeure assuré, en attendant qu'on revienne peut-être quelque jour à une compréhension plus large et plus saine de l'unité liturgique.

Ci-dessous on trouvera le texte intégral de l'office de sainte Marie Madeleine, emprunté à un bréviaire de Prémontré du milieu du XIII^e^ siècle. En note nous relevons les variantes du bréviaire actuel, dont la plupart évoquent des corrections apportées au texte médiéval de l'office par le bréviaire de Lepaige, édité en 1608 [3]).

[3]) Texte complet de l'office dans le Bréviaire de Prémontré, mss. 103 de la Bibliothèque Municipale de Soissons, fol. 334-336$^{vo}$. L'hymne des vêpres *Magno salutes* est transcrit au fol. 12, la collecte *Largire nobis* au fol. 39, le mss a été décrit dans Pl. LEFÈVRE, *Deux bréviaires prémontrés transcrits à l'abbaye mère de l'Ordre durant la seconde moitié du XIII^e^ siècle* dans *Analecta Praemonstratensia,* 1961, t. XXXVII, fol. 128-134.

Comme annexes, pouvant illustrer la tenue de l'office dans le rit canonial, nous avons reproduit les prescriptions relatives à la fête du 22 juillet que portent les Ordinaires de Prémontré au XIIe, au XIVe et au XVIe siècle, celles de l'Ordo Lateranensis du XIIe siècle, de l'Ordo de Chartres au XIIIe siècle, des ordines des collégiales de Saint-Pierre à Louvain et de Saint-Pierre à Anderlecht du XIVe siècle, enfin de l'Ordo de la collégiale Notre-Dame à Tongres au XVe siècle.

Pl. LEFÈVRE, O. Praem.

## Breviarium Praemonstratense, saec. XIII

IN FESTIVITATE SANCTE MARIE MAGDALENE.

*Ad vesperas, super psalmos, sola a.* *) Maria ergo unxit pedes Jhesu, et extersit capillis suis, et domus impleta est ex odore unguenti. *Sola, psi. de die.*

*r.* Armilla perforata

*ym.* Magno salutis gaudio
Letetur omne seculum,
Jhesu redemptor omnium
Sanavit orbem languidem

Sex ante Pasche ferias
Advenit in Bethaniam,
Ubi pie post triduum,
Resuscitavit Lazarum.

Nardi Maria pistici
Sumpsit libram mox optimi,
Unxit beatos Domini
Pedes, rigando lacrymis.

Honor, decus, imperium
Sit Trinitati unice,
Patri, nato paraclyto,
Per infinita secula.
Amen.

*) Abréviations employées dans la transcription des textes: a. = antiphona; ae. = antiphonae; BM. = breviarium modernum; cap. = capitulum; coll. = collecta; com. = communionis antiphona in missa; ep. = epistola; ev. = evangelium; gr. = graduale; inv. = invitatorium; intr. = introitus antiphona in missa; leg. = legit; off. = offertorii antiphona in missa; om. = omittit; ps. = psalmus; psi. = psalmi; r. = responsorium; ra. = responsoria; v. = versus; v. s. = versus sacerdotalis in matutinis; ym. = hymnus.

2. sola] Sur le changement des antiennes dans *BM.* voir Pl. LEFÈVRE, *L'office et la messe...*, p. 157.

4. psi. de feria] *Le BM., depuis le XVIe siècle, a reçu les psaumes de la sainte Vierge* Dixit Dominus, Laudate pueri, Laetatus sum, Nisi Dominus, Lauda Jerusalem, *pour toutes les fêtes des vierges et des saintes femmes.*

*v. Specie tua*

*a.* Fidelis sermo et omni acceptione dignus, quia Xristus Jhesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere ; et qui nasci dignatus est de Maria virgine, tangi non dedignatus est de Maria peccatrice. Hec est illa Maria, cui dimissa sunt peccata multa, quia dilexit multum ; hec est illa Maria, que resurgentem a mortuis prima omnium videre meruit dominum nostrum, Jhesum Xristum, quem pro nostris reatibus oret, quesumus, in eternum. *Ps.* Magnificat.

*coll.* Largire nobis, clementissime Pater, quod sicut beata Maria Magdalena, dominum nostrum Jhesum Xristum super omnia diligendo, suorum optinuit veniam peccaminum, ita nobis apud tuam misericordiam impetret beatitudinem.

AD MATUTINUM.

*Inv.* Ploremus coram Domino cum Maria, ut veniam mereamur cum illa. *Ps.* Venite

*Ym.* Hujus obtentu

*In primo nocturno.*

*a.* Cum discubuisset in domo Symonis dominus Jhesus, mundi gloria, mulier secum, que erat peccatrix, nardi odorifera exhibuit unguenta.

*a.* Secus pedes Domini astans, incessanter, crine soluto, diva vestigia osculabatur, lacrymis plena.

*a.* Irrigabat igitur dominicos Jhesu pedes, fracto quoque alabastro, precipuis odoribus fragabat domus omnis, atque capillorum officio detergebat.

*v.* Specie tua

*r.* Soror Marthe, Maria, sedens secus pedes Domini, audiebat verbum illius. *v.* Martha satagebat circa frequens ministerium, at Maria — audiebat

*r.* Martha stetit et ait : Domine, non est tibi cure quod soror

18. de Maria peccatrice] *BM. leg.*: a Maria peccatrice
23. quod sicut] *BM. leg.*: ut sicut
30. Hujus obtentu] *BM. leg.*: Pater superni luminis
33. que erat peccatrix] *BM. leg.*: que erat in civitate peccatrix

mea, Maria, reliquit me solam ministrare. *v*. Dic ergo illi, ut me adjuvet — ministrare

*r*. Cum venisset Maria ubi erat Jhesus, videns eum, cecidit ad pedes ejus. *v*. Sicut peccatorum veniam, sic fratri suo obtinuit vitam. — videns — Gloria Patri — videns

*In secundo nocturno.*

*a*. Symon autem intra se inquit : Si esset propheta, sciret profecto que et qualis esset que tangit eum, quia peccatrix est.

*a*. Et respondit Dominus : Postquam veni in domum tuam, non cessat, crine fuso, hec meos osculari pedes.

*a*. Quoniam multum dilexeras, dimissa scito tibi peccamina, et fide quia polles, sacra in pace remitto.

*v*. Adjuvabit eam

*r*. Accepit Maria libram unguenti nardi pistici pretiosi, et unxit pedes Jhesu, et capillis suis tersit. *v*. Stans retro, ut peccatrix, secus pedes Domini, hos lacrymis osculando rigavit — et capillis

*r*. Dixit Jhesus discipulis suis : Quid molesti estis huic mulieri ? Bonum opus operata est in me. *v*. Quod habuit, hec fecit, prevenit ungere corpus meum in sepulturam — bonum opus

*r*. Maria, ut Jhesum adesse audivit, cito surgit et ad eum venit. *v*. In loco ubi Martha ei occurrit, Maria — ad eum — Gloria Patri — ad eum

*In tertio nocturno.*

*a*. Satagebat igitur Martha, soror Marie Magdalene, circa ministerium, que sedens secus pedes Domini, audiebat verba oris ejus.

*a*. Non est, Martha inquit, tibi cure quod soror mea relinquit solam ministrare ? Jube illi ut me adjuvet.

51. si esset propheta] *BM. leg.*: Hic si esset propheta
52. qualis esset] *BM. leg.*: qualis est
53. Et respondit Dominus] *BM. leg.*: Et respondens Dominus dixit
56. quia polles] *BM. leg.*: qua polles
59. capillis suis tersit] *BM. leg.*: capillis suis extersit
66. ei occurrit] *BM. leg.* : primum ei occurrit
72-73. reliquit solam] *BM. leg.*: reliquit me solam

*a.* Et respondens, dixit illi Dominus : unum extat certe necesse, hec optimam sibi partem elegit, que non auferetur.

*v.* Diffusa est

*r.* Ubicumque predicatum fuerit evangelium istud, in universo mundo, dicetur et quod hec fecit in memoriam ejus. *v.* Mittens hec unguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit — et quod hec

*r.* Venit mane Maria Magdalena, cum adhuc tenebre essent, ad monumentum. *v.* Igne amoris ejus accensa, ardebat desiderio, et recedentibus discipulis, non recedebat — a monumento.

*r.* Armilla perforata est Leviathan maxilla, per cujus foramen subtracta es, o Maria. Adjuva ergo nos, ut qui in illam incidimus, peccando, te imitantes, valeamus subtrahi, penitendo. *v.* Divina misericordia, te interveniente, non solum nos in ore Leviathan ire prohibeat, sed ab ore etiam redire concedat — penitendo — Gloria Patri — penitendo

*v.* s. Optimam partem elegit

*In laudibus.*

*a.* Conversus est Dominus ad Symonem, et dixit : Intravi in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti ; hec mulier non cessavit lacrymis rigare pedes meos.

*a.* Tanto namque amplius peccati rubigo consumitur, quanto peccatoris cor magno caritatis igne concrematur.

*a.* Maria, pie conjuncta Jhesu, osculando pedes illius, et pie rigando, terge crimina nostra.

*a.* Quid peccatoribus letius, vel justis quid sperandum est securius ? Non dedignatur Dominus tangi peccatricis manibus, atque rigari fletibus.

*a.* Optimam partem elegit sibi Maria, que non auferetur ab ea in eternum.

74-75. unum extat certe necesse, hec] *BM. leg.*: unum esse necesse, Maria

82. accensa] *BM. leg.*: succensa

88-89. non solum nos in ore] *BM. leg.*: non solum in os

93. Conversus est Dominus ad Symonem, et dixit] *BM. leg.*: Conversus Dominus ad Simonem, dixit

97. magno caritatis igne] *BM. leg.*: majori caritatis igne — concrematur] *BM. leg.*: crematur

*ym.* Magno salutis

*v.* Elegit eam

*a.* ad Benedictus : O mundi lampas et margarita prefulgida, que resurrectionem Xristi nuntiando, apostolorum apostola fieri meruisti, Maria Magdalena, semper pia exoratrix pro nobis assis ad Deum qui te elegit. *Ps.* Benedictus

*Ad horas ae. de laudibus.*

*In secundis vesperis a.* Conversus, *cum aliis, psi. de die.*

*r.* Accepit v. Stans — Gloria — et capillis

*v.* Elegit eam

*a.* Gloriosa jam per orbem rutilat solempnitas, qua celestem sumpsit vitam Maria Magdalena, luce vernans, speciosa turmas inter celicas, cujus nos, Jhesu benigne, jam tuere precibus, ut cum illa te laudare possimus per secula. *Ps.* Magnificat.

*De hoc festo fiunt sollempnes octave, et cantentur per has octavas hec ae. super* Magnificat et Benedictus *a.* Ardens est cor, *a.* Maria ergo, *et cantate reincipiuntur. Has autem antiphonas require in tempore paschali, dominica infra octavam. Ad vesperas a.* Conversus est *sola, psi. de die, ym.* Magno salutis, *v.* Specie tua et pulchritudine. *Inv.* Ploremus coram, *in primo nocturno a.* Cum dicubuisset *cum aliis, psi., versiculus et ra. ut supra.* Sermo beati Augustini, episcopi *1)* Quod animo movemur, *r.* Soror Marthe, *2)* Vidistis eum, *r.* Martha stetit, *3)* Noverat quanto verbo, *r.* Cum venisset ; *in secundo nocturno a.* Symon autem, *l.* 4 Prius fudit lacrimas...

ORDINARIUS PRAEMONSTRATENSIS, saec. XII.

In natali beate Marie Magdalene, ad vesperas super psalmos a. *Maria ergo* cantatur. Inv. *Ploremus* cum historia que de evangelio sumpta est cantatur, et de evangelii expositione VI lectiones prime

105. Magno salutis] *BM. leg.* : Æterni Patris unice

117-118. Jhesu benigne, jam tuere precibus] *BM. leg.* : benigne Jesu tuere praesidiis

131. fudit lacrimas] *Il manque ici un folio dans le mss de Soissons*

leguntur. In missa majori sequentia *Laus tibi*, *Credo in unum* non canitur. Ubi vero patrona habetur, octave ejus recolantur, antifone et responsoria ut supra sicut prima die canuntur, super Magnificat et Benedictus antifone de Pascha dicuntur, scilicet *Maria stabat*, *Tulerunt Dominum*, *Venit Maria*, cum ceteris similibus ; sed et evangelium *Maria stabat* in octavis ejus legitur.

Pl. Lefèvre, *L'Ordinaire de Prémontré d'après des manuscrits du XII[e] et du XIII[e] siècle*, p. 93. Louvain, 1941.

## Consuetudines ecclesie Premonstratensis. Usus II, saec. xiv.

Si festum beate Marie Magdalene in dominica evenerit, ad matutinas omelia de festo legetur et matutinalis missa V collectas recipit : prima de dominica, II[a] de festo, III[a] de Trinitate, IIII[a] *Concede nos*. V[a] *Propiciare*. Ad processionem, si dominica fuerit, r. *Armilla* cantatur. Ad magnam missam cantatur *Kyrie*, — *Gloria*, — *Sanctus*, — *Agnus*, — *Ite*. Per octavas, in laudibus et vesperis super psalmos sola a. *Conversus* dicitur. Iste ae. cantantur super Benedictus et Magnificat, et cantate reincipiuntur : *Maria ergo*, *Maria stabat*, *Tulerunt*, *Surgens Jhesus*, *Venit Maria*, *Ardens est*. In octavis, ad primas vesperas sola a. *Conversus*, cetera sicut prima die.

Pl. Lefèvre, *Coutumiers liturgiques de Prémontré du XIII[e] et du XIV[e] siècle*, p. 76-77. Louvain, 1953.

## Ordinarius Averbodiensis, saec. xvi.

Marie Magdalene duplex est. In primis vesperis super psalmos feriales *Maria ergo*, sola, capitula, versus de una virgine, r. *Armilla*, ym. *Magno salutis*, ad Magnificat *Fidelis sermo*, coll. *Largire nobis*. Ad matutinum ym. *Hujus obtentu*, cetera de propria historia, psi., versus unius virginis, sex lectiones de sermone Augustini *Quid fratres mei*, tres ultime de omelia *Rogabat Jhesum*, v. ante laudes *Optimam partem*. Ad laudes, a. *Conversus est* cum aliis, ad Benedictus *O mundi lampas*, ym. Magno salutis. Ad horas ae. de laudibus. Intr. misse *Gaudeamus*, prosa *Laus tibi Xriste*, *Credo* non canitur nisi dominica fuerit. In secundis vesperis super psalmos feriales ae. de laudibus, r. *Accepit Maria*, ym. *Magno salutis*, ad Magnificat *Gloriosa*, coll. ut supra, sequitur de sancto Apollinare *Iste sanctus*, ad Benedictus *Nisi granum*, coll. *Presta quesumus Omnipotens Deus*. Si festum in dominica evenerit, ad matutinum legetur evangelium de festo et evangelium dominice in secundam feriam transfertur, et

matutinalis missa quinque collectas recipit : prima dominice, 2ª de festo, 3ª Trinitatis, 4ª Marie, 5ª *Propiciare*. Ad processionem dicitur r. *Armilla*, ad introitum chori *Ibo michi*.

In crastino beate Marie Magdalene, et per octavam, canitur de ipsa nisi festum IX lectionum intervenerit. Totus cantus sicut prima die et lectiones legentur de currente historia. Ad laudes et ad vesperas sola a. *Conversus*, ad Magnificat et ad Benedictus dicuntur iste ae. : *Maria stabat, Tulerunt, Venit Maria, Surgens Jhesus, Ardens est, Maria ergo*, percantate reincipiuntur, coll. sicut proprio die, preterera in crastino beate Marie major missa erit de sancto Apollinare, nisi dominica sit, intr. *Sacerdotes*, si dominica fuerit, habet memoriam in ambabus missis quia perdidit missam, ut dictum est.

Dominica infra octavam Marie Magdalene, in primis vesperis super psalmos feriales a. sola *Conversus*, ad Magnificat una de antedictis que competit in ordine, coll. ut supra, sequitur de tempore. Ad matutinum totus cantus sicut primo die, preter ad Benedictus, quia illa est que competit in ordine, sex priores lectiones legimus de sermone, tres ultimas de omelia dominice et dictis evangeliis. Matutinalis missa de dominica, major missa de festo. Ad processionem r. *Armilla*, ad introitum *Ibo michi* ut supra. Ad secundas vesperas super psalmos feriales a. *Conversus*, cum aliis, ad Magnificat que competit in ordine, sequitur de tempore. Si festum Anne in dominicam evenerit infra octavam Marie Magdalene, matutinalis missa erit de dominica, 2ª coll. de festo Anne, 3ª de sancta Maria, 4ª de Trinitate, 5ª *Propiciare*. Item festum Marie Magdalene precedet memoriam dominice.

Copie de l'Ordinaire de Prémontré, avec insertion des incipit des chants, lectures etc., exécutée à l'abbaye d'Averbode, en Belgique, en 1574. Archives de l'abbaye d'Averbode, IV, sect. reg. 171.

## ORDO LATERANENSIS, saec. XII.

Festum sancte Marie Magdalene ob singulare exemplum penitentie devotissime celebremus. Ad vesperas v. *Diffusa est gratia*, ad Magnificat a. *In diebus illis*. Post collationem vigiliam in choro canimus, et de propriis sermonibus lectiones legimus, primum r. *Vidi speciosam*, secundum r. *Regnum mundi*. Ad matutinas inv. *Venite adoremus Christum regem Dominum qui sibi talem*, ae. et ra. ut hic collecta sunt : in primo nocturno ae. *Vidi speciosam, Leva ejus, Revertere*, v. *Specie tua* ; in secundo nocturno ae. *Specie tua, Adju-*

*vabit eam, Aque multe,* v. *Adjuvabit eam* ; in tertio nocturno ae. *Nigra sum, Trahe me post te, Veni sponsa Christi,* v. *Elegit eam Deus,* psi. de virginibus, sex lectiones leguntur ex tractatu beati Augustini in quinquaginta omeliis de Maria Magdalena, in sermone qui sic incipit : *Quod admonemur Domini eloquiis de divinis,* lectones tres ultime in omelia Gregorii de evangelio *Rogabat Jesum quidam phariseus,* ra. sunt hec : *Vidi speciosam, Sicut cedrus, Que est ista, Diffusa est gratia, Specie tua, Propter veritatem, Dilexisti, Veni electa mea, Regnum mundi.* In laudibus ae. *Dum esset rex, In odorem, Jam enim hiems transivit, Veni electa, Ista est speciosa,* v. *Dilexisti. Alleluia, Diffusa est,* off. *Filiae regnum,* com. *Feci judicium.* Ad vesperas ae. de laudibus cum psalmis de virginibus, ad Magnificat a. *Mulier que erat in civitate peccatrix.*

L. Fischer, *Bernhardi, cardinalis et Lateranensis ecclesiae prioris, Ordo officionum ecclesiae Lateranensis,* p. 146. Munich-Freising, 1946.

Ordinarius Carnotensis, saec. XIII.

Sancte Marie Magdalene duplex festum. Ad primas vesperas a. *Maria pie,* a. *Dixit itaque,* a. *Martha inquit,* a. *O felix,* a. *Obtimam,* psi. diei, cap. *Liberasti me,* r. *Pio fletu,* ym. *Letetur aula,* v. *Diffusa est gracia,* ad Magnificat a. *Festum Marie,* oratio *Deus qui infirma,* ad memoriam sancti Wandregesili, confessoris, a. *Justum deduxit,* v. *Gloria et honore.* Post fit processio ad crucifixum, a. *Letetur ergo* vel *Hodie de presenti,* cum psalmo Magnificat, oratio *Largire nobis clementissime* ; in reditu a. *Hec est regina,* v. *Post partum,* oratio *Famulorum.* Ad completorium a. *Miserere,* cetera non mutantur. Ad matutinum inv. *Largitorem,* ym. *Letetur aula,* a. *Cucurrit,* et cetere sicut sunt in historia propria, ps. *Beatus vir* cum ceteris psalmis unius virginis, v. *Diffusa est,* v. *Specie tua,* v. *Adjuvabit,* lectiones sex de proprio legere, et tres de evangelio *Rogabat Jhesum,* r. *Post multa* et cetera sicut sunt, tertia ra. non reincipiuntur ; ad laudes a. *Misericors* et cetere, cap. *Qui gloriatur,* ym. *Audi paterna,* v. *Elegit eam,* ad Benedictus a. *Letetur ergo,* oratio *Largire nobis,* ad memoriam sancti Wandregesili a. *Similabo,* v. *Justus,* ut patet. Ad primam a. *Misericors Deus,* ps. *Deus in nomine.* Ad tertiam a. *Hec ejecto,* cap. *Liberasti me,* r. *Diffusa est,* v. *Specie tua,* oratio *Largire nobis.* Missa *Gaudeamus* sine tropis, *Kyrie cunctipotens,* laudem quam volueris, ep. *Mulierem fortem,* gr. *Adjuvabit*

*eam, Alleluia*, v. *Surrexit Dominus*, sequentia *Mane prima*, ante evangelium a. *Hodie de presenti*, ev. *Rogabat Jhesum quidam phariseus*, et dicitur *Credo in unum*, off. *Angelus Domini*, com. *Simile est regnum*. Ad sextam a. *Facta est itaque*, cap. *Qui gloriatur*, r. *Specie tua*, v. *Adjuvabit eam*, oratio *Omnipotens qui infirma*. Ad nonam a. *Meruit quippe*, cap. *Emulor*, r. *Adjuvabit*, v. *Elegit eam*, oratio *Exaudi nos Deus salutaris*. Ad vesperas a. *Misericors* et cetere, cap. *Liberasti me*, r. *Hodie de presenti*, ym. *Letetur aula*, v. *Diffusa est gracia*, ad Magnificat a. *Hodie de presenti*, oratio *Largire nobis*, ad memoriam sancti Apollinaris a. *Beatus vir qui suffert*, v. *Gloria et honore*.

Y. DELAPORTE, *L'Ordinaire chartrain du XIII^e^ siècle*, p. 165. Chartres, 1953.

ORDINARIUS SANCTI PETRI LOVANIENSIS, saec. XIV.

In natali sancte Marie Magdalene, ad primas vesperas ae, et psi. feriales, ym. *Sydus solare revehit*, r. *Soror Marthe*, v. *Dimissa sunt ei peccata*, ad Magnificat a. *Fidelis sermo*. Ad matutinum inv. *Regi regnorum*, super nocturno a. *Cum discubuisset* cum ceteris, psi. de una virgine, ra. *Letetur omne*, cum reliquis, *Te Deum laudamus*, v. *Dimissa sunt ei*. Ad laudes ae. *Conversus est Dominus* cum ceteris, ad Benedictus a. *O mundi lampas*. Ad horas ae. de laudibus. Ad missam *Gaudeamus omnes*, ps. *Eructavit*, ep. *Mulierem fortem*, gr. *Dilexisti, Alleluia, Diffusa est*, sequentia *Laus tibi Xriste*, ewangelium *Rogabat Jhesum quidam*, *Credo*, off. *Filie regum*, com. *Diffusa est*. In secundis vesperis ae. de laudibus, ym. ut supra, r. *Diligebat*, ad Magnificat a. *Gloriosa jam per orbem*.

Pl. LEFÈVRE, *Les Ordinaires des collégiales Saint-Pierre à Louvain et Saints-Pierre-et-Paul à Anderlecht, d'après des manuscrits du XIV^e^ siècle*, p. 220, Louvain, 1960.

ORDINARIUS SANCTI PETRI ANDERLACENSIS, saec. XIV.

Marie Magdalene festum duplex majus. In primis vesperis psi. feriales supra antiphonam, scilicet *Dimissa sunt*, ym. *Pange lingua Magdalene*, cap. *Mulier quedam Martha*, r. *Cum venisset*, v. *Dimissa sunt ei peccata multa*, ad Magnificat a. *Fidelis sermo*, coll. *Deus qui beate Marie Magdalene*. Completorium commune. Ad matutinum cantus patet in ordine, prima lectio in libro sanctorum XXXVI, et incipit *Fuit igitur secundum seculi fastum*, cum cete-

ris sequentibus, et etiam ewangelium, XXXIII, *Rogabat Jhesum quidam phariseus*, ym. *Sydus solare*, cap. *Surgens Jhesus mane*, v. *Dimissa sunt ei peccata*. Ad primam dicitur *Confitemini* hac die tantum. Et prefatio communis. Ad tertiam cap. *Maria accipiens libram*, v. *Specie tua* cum *alleluia*, ad sextam cap. *Maria cum venisset*, ad nonam *Mulier timens Dominum*. In secundis vesperis ae. de laudibus, psi. feriales, ym. *Pange lingua Magdalene*, cap. *Martha Martha*, r. *Emit Maria*, v. *Dimissa sunt ei peccata multa*, ad Magnificat a. *Gloriosa jam per orbem*, coll. ut supra, sequitur suffragium de beato Apollinari *Hic est vere martyr*, v. *Gloria et honore*, coll. *Deus qui beatum Apollinarem*.

*Ibidem*, p. 221.

## Ordinarius B. M. V. Tungrensis, saec. xv.

Festum sanctae Marie Magdalene celebratur duplex in ecclesia Tungrensi. Ad primas vesperas dicuntur psi. ferie, ae. proprie, scilicet *Maria ergo*, a. *Vespere autem sabbati*, a. *Surgens Jhesus*, a. *Maria stabat*, a. *Venit Maria*, ym. *Pange lingua Magdalene, Mulier quedam*, r. *Regnum mundi*, duo domini cantent v. *Dimissa sunt ei peccata multa*, ad Magnificat a. *Fidelis sermo*, et fiet processio ad capellam sancte Marie Magdalene cum psalmo Magnificat, et ibi percantetur antiploma, et ibi legitur coll. propria *Sacratissimam*, deinde reditur ad chorum cantando hanc antiphonam de beata Maria virgine *Speciosa*, v. et oratio in choro de beata Maria virgine, sequitur *Benedicamus Domino*. Completorium de tempore.

Ad matutinum inv. *Regem regnorum*. In primo nocturno a. *Cum discubuisset*, ps. *Domine Dominus noster*, a. *Secus pedes*, ps. *Celi enarrant*, a. *Irrigabat*, ps. *Domini est terra*, v. *Specie tua*, item v. *Adjuvabit eam*, prime sex lectiones de legenda ipsius in libro passionali, videlicet *Fuit secundum seculi fastum*, primum r. *Letetur omne seculum*, r. *Stabat Maria*, r. *Soror Marthe* ; in secundo nocturno a. *Symon autem*, ps. *Eructavit*, a. *Et conversus*, ps. *Deus noster*, a. *Quoniam multum*, ps. *Fundamenta*, v. *Adjuvabit eam*, item v. *Diffusa est*, quartum r. *Illicitos estus*, r. *Nuncia que Domino*, r. *Verus amor* ; in tercio nocturno a. *Satagebat*, ps. *Cantate*, a. *Non est Martha*, ps. *Dominus regnavit exultet*, a. *Et respondens dixit*, ps. *Cantate Domino*, secundus, v. *Diffusa est gratia*, item v. *Elegit eam Deus et dilexit eam*, tres ultime lectiones de ewangelio festi *Rogabat Jhesum quidam phariseus*, cum propria expositione beati Gregorii

pape, videlicet *Cogitanti michi*, septimum r. *O mirum*, r. *Diligebat*, nonum r. *Emit Maria*, *Te Deum laudamus*, ante laudes v. *Dimissa sunt*. Ad laudes a. *Conversus est Dominus*, a. *Quid peccatoribus*, a. *Tanto namque*, a. *Maria pie*, a. *Optimam partem*, ym. *Estimavit ortolanum* totus canitur, cap. *Surgens Jhesus*, v. *Ora pro nobis*, ad Benedictus a. *O mundi lampas*, coll. propria *Deus qui beate Marie Magdalene*, nulla suffragia nisi sit dominica. Ad omnes parvas horas ae. de laudibus. Ad tertiam cap. *Maria accipiens*, r. *Specie tua*, v. *Adjuvabit eam*, coll. *Largire nobis Domine*, Ad sextam cap. *Maria cum venisset*, r. *Adjuvabit eam*, v. *Diffusa est gratia*, oratio *Beate Marie Magdalene*. Ad nonam cap. *Mulier timens Deum*, r. *Diffusa est gratia*, v. *Dimissa sunt ei peccata multa*, oratio *Deus cujus fide*. Si dominica est, ad processionem r. *Emit Maria*, in introitu templi a. *Ave regina*, v. et oratio ut supra. Et ewangelium dominice transferetur ad secundam feriam, et tunc legetur missa de sancto Apollinare immediate post matutinalem.

Ad missam introitus *Gaudeamus*, *Gloria in excelsis*, sola oratio nisi sit dominica, ep. *Mulierem fortem*, gr. *Dilexisti*, *Alleluia*, *Maria hec est illa*, sequentia *Mane prima sabbati*, ewangelium *Rogabat Jhesum quidam pharizeus*, *Credo* canitur, off. *Filie regum*, prefacio communis etiam si sit dominica quia duplex, com. *Diffusa est*, *Ite missa est*.

Ad secundas vesperas ae. de laudibus, scilicet *Conversus est Dominus*, cum aliis, super psalmos feriales, ym. *O Maria*, cap. *Martha Martha*, r. *Soror Marthe*, duo capellani cantent versum *Dimissa sunt ei peccata multa*, ad Magnificat a. *Gloriosa jam per orbem*, coll. *Suscita in nos*, suffragium de sancto Apollinare, martyre, *Beatus vir*, v. *Gloria et honore*, coll. propria. Completorium de tempore.

Manuscrit à dater de 1436, conservé aux Archives de l'église collégiale de Tongres, reg. 1.

## Tabula vocum quibus incipiuntur cantus in missa et officio

Vocem scriptam esse in notis, subter paginam, * astericus innuit


*Alleluia in missa.*

Diffusa est, 64, 65.
Maria haec est illa, 67.
Surrexit Dominus, 65.

*Antiphonae in officio.*

Adjuvabit eam, 63-64.
Aquae multae, 64.
Ardens est, 61, 62, 63.

Conversus est, 60, 61, 62 (*bis*), 63 (*bis*), 65, 67.
Cucurrit..., 64.
Cum discubuisset, 58, 65, 66.
Dimissa sunt, 65.
Dixit itaque, 64.
Dum esset rex, 64.
Et conversus, 66.
Et respondens, 60, 66.
Et respondit, 59.
Facta est, 65.
Festum Mariae, 64.
Fidelis sermo, 58, 62, 65 (*bis*), 66.
Gloriosa jam, 61, 65, 66, 67.
Haec ejecto, 64.
Hodie de presenti, 64, 65 (*bis*).
In diebus illis, 63.
In odorem, 64.
Irrigabat igitur, 58, 66.
Ista est speciosa, 64.
Jam enim hiems, 64.
Laetetur ergo, 64 (*bis*).
Laeva ejus, 63.
Maria ergo, 57, 61, 62 (*bis*), 66.
Maria pie, 60, 64 (*bis*), 67.
Maria stabat, 62, 63, 66.
Martha inquit, 64.
Meruit quippe, 65.
Misericors..., 64 (*bis*), 65.
Mulier quae erat, 64.
Nigra sum, 64.
Non est Martha, 59, 66.
O felix, 64.
O mundi lampas, 61, 62, 65, 67.
Optimam partem, 60, 64, 67.
Quid peccatoribus, 60, 67.
Quoniam multum, 59, 67.
Revertere..., 63.
Satagebat igitur, 59, 66.
Secus pedes, 58, 66.
Simon autem, 59, 66.
Specie tua, 63.
Surgens Jesus, 62, 63, 66.
Tanto namque, 60, 67.
Trahe me, 64.
Tulerunt Dominum, 62, 63.
Veni electa, 64.
Veni sponsa, 64.
Venit Maria, 62, 63.
Vespere autem sabbati, 66.
Vidi speciosam, 63.

*Communionis cantus in missa.*

Diffusa est, 65, 67.
Feci judicium, 64.

*Gradualia in missa.*

Adjuvabit eam, 64-65.
Dilexisti justitiam, 65, 67 .

*Hymni in officio.*

Aestimavit hortulanum, 67.
Aeterni Patris, 61*.
Audi paterna, 64.
Hujus obtentu, 58, 62.
Laetetur aula, 64, 65.
Magno salutis, 57, 61, 62.
O Maria, 67.
Pange lingua Magdalene, 65, 66.
Pater superni, 58*.
Sidus solare, 65, 66.

*Introitus in missa.*

Gaudeamus omnes, 62, 64, 65, 67.

*Invitatoria in matutinis.*

Largitorem..., 64.
Ploremus coram Domino, 58, 61.
Regi regnorum, 65, 66.
Venite adoremus Christum, 63.

*Offertorium in missa.*

Filiae regum, 64, 65, 67.

*Responsoria brevia.*

Adjuvabit eam *v.* Diffusa est, 67.
Adjuvabit eam *v.* Elegit eam, 65.
Diffusa est *v.* Dimissa sunt, 67.
Diffusa est *v.* Elegit eam, 65.

Specie tua *v.* Adjuvabit eam, 65, 67.
Specie tua... alleluia, 66.

*Responsoria prolixa.*

Accepit Maria *v.* Stans retro, 59, 61, 62.
Armilla perforata *v.* Divina misericordia, 57, 60, 62, 63.
Cum venisset Maria *v.* Sicut peccatorum, 59, 61, 65.
Deletur omne, 65.
Diffusa est, 64.
Dilexisti justitiam, 64.
Diligebat..., 65, 67.
Dixit Jesus *v.* Quod habuit, 59.
Emit Maria, 66, 67 (*bis*).
Hodie de presenti, 65.
Illicitos aestus, 66.
Laetetur omne, 67.
Maria ut Jesum *v.* In loco ubi, 59.
Martha stetit *v.* Dic ergo illi, 58, 61.
Nuncia que, 67.
O mirum, 67.
Pio fletu, 64.
Post multa, 64.
Propter veritatem, 64.
Quae est ista, 64.
Regnum mundi, 63, 64, 66.
Sicut cedrus, 64.
Sicut peccatorum *v.* Cum venisset, 59.
Soror Marthae *v.* Maria satagebat, 58, 61, 65, 66, 67.
Specie tua, 64.
Stabat Maria, 67.
Ubicumque praedicatum *v.* Mittens haec, 60.
Veni electa, 64.
Venit mane *v.* Igne amoris, 60.
Verus amor, 66.
Vidi speciosam, 63, 64.